Emericus Bradach de Ladomercz et Johannes de Zempche vicebani ac iudices nobilium comitatus Zagradiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Keglyewych de Bwsyn facta apparere Nicolaum comitem de Zrinyo praedium Dola nobilis Simonis Mokrowych, praedialis exponentis, depraedatum esse. Orig. [Mayer]

77. Zagrabiae, 6. IX. 1528. (D – XXVII – 117)

Emericus Bradach de Ladomercz et Johannes de Zempche vicebani ac iudices nobilium comitatus Zagradiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Keglyewych de Bwsyn facta apparere Paulum Ambrozowych de Greda, castellanum castris Zthergalnyk, mandatu eius domini Nicolai comitis de Zrinyo, cum multis hominibus possessionem exponentis Blynnyam depraedatum esse. Orig. [Mayer]

78. Zagrabiae, 6. IX. 1528. (D – XXVII – 118)

Emericus Bradach de Ladomercz et Johannes de Zempche vicebani ac iudices nobilium comitatus Zagradiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Keglwyech de Bwsyn facta apparere Nicolaum comitem de Zrinyo possessionem Sernowo prope castrum Blynnye depraedatum esse. Orig. [Mayer]

79. Zagrabiae, 6. IX. 1528. (D – XXVII – 119)

Copia rata documenti sub nr. 117 in hoc volumine asservati. Copia. [Mayer]

80. Zagrabiae 6. IX. 1528. (D – XXVII – 120)

Emericus Bradach de Ladomercz, Johannes de Zempche, vicebani et comites ac iudices nobilium comitatus Zagradiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Keglwyech de Busyn contra Nicolaum comitem de Zrinyo de vi et rapina iobagionibus exponentis in possessione Zelcze prope castrum Blynnye illatis, 26. VIII. 1528. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]



81. Budae, 12. IX. 1528. (D – XXVII – 121)

Ferdinandus rex Simoni, episcopo Zagrabiensi praecipit, ut captivum servitorem Johannis Castellanffy dimittat, et iudicium, si quod delictum commisit, apud banum petat. Orig. [Juričan]

Izdanje: AC dok. 108., str. 169.

82. Muthnicae, 20. IX. 1528. (D – XXVII – 122)

Johannes Torquatus comes Corbaviae et banus Nicolao de Turri, vicecapitano Labaciensi, expeditionem contra castrum Uduina 17. IX. factam nuntiat, ubi ex captivis Turcis de eorum consiliis certior factus est, propterea Nicolaum orat, ut sibi ad Jastrebarska auxilium ferat contra Bassam de Mostar, cui Carniolam invadere in animo sit. Postremo queritur nuntios, quos ad Nicolaum cum litteris missit, vexatos esse.

24. IX. meridie responsum esse notatur. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 129., str. 115-116.

83. Nemet Wywar, 25. IX. 1528. (D – XXVII – 123)

Franciscus de Batthyan, banus, Johannem Castellanffy de Zenthlelek ab occupatione castrum Zelyna dehortatur. Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 130., str. 116.

84. Segniae, 2. X. 1528. (D – XXVII – 124)

Petrus Chruzich, capitaneus Segniae et comes Clissii, epistula Italice conscripta Johanni Rezem, vicecapitano Terrae fluminis, magnum exercitum Turcarum in campo de Thurán (?) prope Ottocaç coactum in eius regiones incurrere velle nuntiat, propterea omnes parati sint, ut ipse hostes a tergo aggredi possit. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 133., str. 118-119.

85. Viennae, 23. X. 1528. (D – XXVII – 42)

Ferdinandus rex 23. X. 1528. confirmat litteras Ludovici regis Budae 28. III. 1525. datas, quibus rex confirmat litteras Ambrosii Sárkány de Akoszháza, iudicis curiae regiae, Budae 3. II. 1525. datas, quo praesente Helena, filia Joannis comitis de Franganibus et de Czethin, vidua Gasparis Herberth de Loóz, filiae Annae et genero Joanni Ungnad de Zunok castrum et oppidum Zamobor cum patronatu parochialis ecclesiae, theloniis et possessionibus donavit. Copia [Moscatello]

Vide etiam: Stipišić-Šamšalović, *Isprave*, reg. 4638; reg. 4644.

86. Lukawcz, 20. XI. 1528. (D – XXVII – 125)

Registrum debitorum et expensarum filio Bartholomaei Wyedmych et ceteris editarum. Memoriale. Orig. [Juričan]



**87. Bosyako, 30. XI. 1528. (D – XXVII – 126)**

Johannes de Thah, gubernator prioratus Auranae, Johannem Castellany de Schentlelek rogat, ut per Petrum Keglewych res suas argenteas in Beksad vel in Bosyako transmittat. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 135., str. 120-121.

88. Bosyako, 11. XII. 1528. vide Zagrabiae, 22. I. 1529. (D – XXVIII – 3)**89. Razynya Kerezthur, 20. XII. 1528. (D – XXVII – 127)**

Elizabeth Bockay de Razynya Kerethur, vidua Ludovici de Peker, profitetur, si Ludovicus Pekry, filius eius, 300 florenos a Barbara Orzagh de Gwth, Johannis Ernusth de Chaktornya uxore, mutuo receptos et ad 25 reddendos restituere nolit vel non possit, ex tunc omnes portiones suae nec non Ludovici, Nicolai, Sigismundi et Wolfgangi, filiorum in possessione Nowak aliter Thorchecz (comitatus Crisiensis) sitae pro debitis florenis impigneratae a creditore tamdiu occupatae teneri posse, donec ei debita pecunia reddatur. Orig. [Šavor]
Izdanje: Mon. Tur., dok. 5., str. 4-5.

90. Varasдини, 1528. (D – XXVII – 104)

Testamentum Michaelis communi vocabulo vocati Bechwulgi de Ryghianowcz, in Varasdino commorantis. Orig. [Mayer]

91. s. I., 1528. vide Zagrabiae, 22. I. 1529. (D – XXVIII – 3)**92. Lukawecz, 7. I. 1529. (D – XXVIII – 151)**

Johannes Torquatus comes Corbaviae ac banus, Johanni Castelanfy praecipit ut sui familiares expulsi ex castro Zelyna usque ad "tempus juris" remanere debeant. Orig. [autor regesta nepotpisan]

93. Jadrae, 8. I. 1529. (DV – II – 60)

Coram Simone Galello, iudice examinatore curiae Jadrae, Catharina, relicta qdm. Georgii marinarii, Viollae relictae qdm. Thomae Argise zapatoris domunculam sitam in contrata s. Luciae pretio librarum 68 parv. vendit. Orig. [Marušić]

94. Chasmae, 10. I. 1529. (D – XXVIII – 1)

Simon, episcopus Zagabiensis, Johanni Castellany de castro ejus Zelyna nuntiat et invitat eum, ut bona spoliare desinat et amicabilem contractum, accedat. Orig. [Jurričan]
Izdanje: MH, dok. 144., str. 133.

95. Kozthanyczae, 12. I. 1529. (D – XXVIII – 2)

Johannes de Thah, gubernator prioratus Auranae, Johannem Kastellanfy de Zenthlelek ad 20. I. 1529. ad se in Pekrecz invitat, ut cum episcopo Zagabiensi et Petro



Erdewdy de recuperando ejus castro colloquium habeat; rogat etiam, ut sibi bombardam remittat, quod globos eidem facere velit. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 145., str. 134.

96. Zagrabiae, 22. I. 1529. (D – XXVIII – 3)

Capitulum Zagrabiae verificat 2 litteras a Stephano Deeshaza de Zomzedwara porrectas, et quidem: 1^o 11. XII. 1528. in Bosyako Simoni Donatis, castellano in Selyn a Petro litterato datas; 2^o anno 1528. conscriptas, quibus Stephano de Deeshaza, qui Georgium Chery necavit, quidam minatur eum eodem modo periturum esse. Orig. [Juričan]

97. Berzewcze, 26. I. 1529. (D – XXVIII – 4)

Petrus Krosych testatur se a Martha, vidua Gregorii Orlowchych pro quadam summa pecuniarum castrum Zokol accepisse, et promittit summa pecuniarum persoluta se castrum ei remittere velle. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 150., str. 137.

98. D – XXVIII – 5 Chasmae, 6. II. 1529.

Capitulum Chasmense professionem a Matheo Boczek de Fychowcz coram emissariis suis datam esse testatur, qua quaedam portio Johannis Wythez de Kamarcza in possessione Kamarcza simulcum quadam vinea in promontorio possessionis Welywerch (comitatus Crisiensis) a Ladislao Benczyk eiusque uxore 50 florenis aureis Johanni Thompa de Horzowa, ab hoc vero ei eiusque filiis ac uxori Katharinae 40 florenis aureis impignerata nunc Michaeli de Thomasowcz eiusque uxori Ursulae 35 florenis aureis sub condicionibus pigneri datur. Orig. [Šavor]

99. Jadrae, 25. II. 1529. (DV – II – 61)

Marcus Antonius Contareno, comes Jadrae, sortes 4 terreni in villa Migliascha sitas, de bonis qdm. Gregorii de Nassis, pro legatis adimplendis et pro executione eius testamenti, Zanneto quond. Georgii Venerio nomine Antonii Venerio pretio ducatorum 220 ad publicum incantum venditas deliberat ea condicione, ut in termino unius mensis a die solutionis beneficiatus ex ipso testamento eodem pretio eas recuperare possit. Orig. [Marušić]

100. Jadrae, 3. III. 1529. (DV – II – 61)

Thomas de Ciualellis uti beneficiatus se beneficio testamenti uti velle manifestat et 19. III. ducatos 198 (cum beneficio 10 pro centenario) in cancellaria deponit. Orig. [Marušić]

101. Budae, 4. III. 1529. (D – XXVIII – 6)

Ferdinandus rex Johanni Torquato comiti Corbaviae ac Francisco de Batthyan, banis praecipit, ut ad rogatum Andreae, episcopi Tininiensis et abbatis de Thopozka, qui





Stephanum comitem de Blagay, de occupatione possessionum abbatiae: Superioris et Inferioris Lyzthowa, Pwkowa, Karakowczy, Hahowo, Werhowcz et Dwrzcz in comitatu Zagrabiensi accusaverat, in prima congregatione regni causam dijudicent, ut bona exponentis, de manibus accusati, accipiantur et de damnis satisfaciatur. Orig. [Juričan]

Izdanje: AC, dok. 145., str. 219-220 krivo napisana datacija 4. III. 1530.

102. Jadrae, 19. III. 1529. (DV – II – 61)

Dicta summa commisariis qdm. Gregorii de Nassis juxta formam testamenti disponenda et gubernanda traditur. Latine c. orig. perg. [Marušić]

103. Zagrabiae, 4. III. 1529. vide Zagrabiae, 14. IV. 1529. (D – XXVIII – 8)

104. Zelnicza, 5. III. 1529. vide Zagrabiae, 7. IV. 1529. (D – XXVIII – 7)

105. Zagrabiae, 7. IV. 1529. (D – XXVIII – 7)

Capitulum Zagrabiense litteris a banis Johanne Torquato de Corbavia et Francisco de Batthyan in Zelnicza 5. III. 1529. datis, jussum, eis nuntiat ex inquisitione 2. IV. 1529. facta contra Stephanum comitem a Blagay, qui a Franciso Aythych de Bozetha accusatus extitit de rapina porcorum, boum et quarundam hastarum jobagionibus exponentis in possessionibus Glawosoruwynzlay, Gregwrowcz et Zloboda illata, apparere querelas veras esse et reum in jus 16. IV. 1529. Zagrabiam evocatum esse. Orig. [Juričan]

106. Venetiis, 12. IV. 1529. (DV – II – 62)

Simon de Fanfonya quond. Johannis Jadrensis et Nicolaus filius Chrystophori de Dominis, procuratorio nomine Johannis de Dominis, archidiaconi Nonensis, se a Zoyno de Pechiaro libras 325 parv. pro computo fructuum et reditum archidiaconatus Nonensis et archipresbyteratus Pagensis recepisse confitentur et Sladichum Rectich de villa Saton Nonensis dioecesis loco sui procuratorem ad exigendum ceteros reditus et proventus substituerunt. Latine c. Orig. perg. [Marušić]

107. Zagrabiae, 14. IV. 1529. (D – XXVIII – 8)

Capitulum Zagrabiense banis Johanni Torquato et Francisco de Batthyan nuntiat ex inquisitione ab eis litteris Zagrabiae 4. III. 1529. datis iussa apparere Stephani comitis de Blagay iobagionem quendam vulneratum et multos porcos eiusdem comitis a Francisco Aythych et Anna vidua Bernardi Aythych abactos esse, quare eos 9. IV. ad 15. diem in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

108. Chasmae, 19. IV. 1529. (D – XXVIII – 9)

Dorothea, uxor Pauli de Kerechen, filia qdm. Petri de Chyrquenna et Marthae filiae qdm. Nicolai Geledffy alio nomine Wythez de Gylethyncz, ab una et Catherina, uxor



Johannis de Zeghlak, filia qdm. Ladislai Geledffy fratris Marthae, ab altera parte, sententia postposita coram capitulo Chasmensi arbitris suadentibus unionem de bonis in comitatu Posegae habitis ineunt. Orig. [Mayer]

109. [Chasmae], 19. IV. 1529. (D – IX – 83)

Quamquam Catherina consors Johannis de Zeglak, neptis Nicolai Geledsfii alio nomine Wythez de Gylethynch ex huius filio Ladislao, per Ludovici regis litteras et ex iudicis sententia possessiones in castro Podbuch et castello Luka et in comitatu de Posega obtinuerat, tamen probis et nobilebus viris suadentibus coram capitulo ecclesiae Chasmensis cum Dorothea, uxore Pauli de Kerethen, nepte eiusdam Nicolai ex huius filia Martha, uxore Petri de Chyrquenna, ad talem pacis et concordiae devenit unionem, ut Dorothea curiam nobilitarem pro allodio et decem sessiones iobagionales ex bonis eligere, molendina in fluviis Zawa et Oryawa exstruere etc. posset; si Catherina sine prole decederet, omnia bona, si vero prolem haberet, dimidiam bonorum partem ad Dorotheam perventuram esse. Orig. perg. [Mayer]

110. Chasmae, 21. IV. 1529. (D – XXVIII – 10)

Alexius Bwkowecz de Mylethyncz sessionem jobagionalem in Markowcz seu Horzowa et portiones in possessionibus Ladynyncz, Jaxahyda seu Wychkewcz, Sabnychycza et Hegen (comitatus Crisiensis) Paulo Kerecheny de Kanyaffewlde 20 florenis Hungaricalis monetae coram capitulo Chasmensi vendit. Orig. [Juričan]

111. Zagrabiae, 6. V. 1529. (D – XXVIII – 11)

Emericus Bradach de Ladomercz, vicebanus et comes ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Keglwyh de Bwsyn, qui Johannem de Thah, gubernatorem prioratus Auranae, et complices ejus de vi et rapina 10 boum jobagionibus exponentis in possessione Sernowo illata, 2. V. 1529. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

112. Zagrabiae, 6. V. 1529. (D – XXVIII – 13)

Emericus Bradach de Ladomercz et Johannes de Zempche, vicebani et comites ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Keglwyh de Bwsyn, qui Johannem Thah, gubernatorem prioratus Auranae, et complices ejus accusavit, quod jobagionibus exponentis in possessione Sernowo, in pertinentiis castri Blynne, contractis portis domorum et stabulorum 9 boves, 7 vaccas, 4 vitulos, 14 porcos, alvearia apum plena 7, frumentum, quasdam res et pecora eripuisent, 2. V. 1529. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

113. Zagrabiae, 6. V. 1529. (D – XXVIII – 14)

Capitulum Zagrabienense ad rogatum Stephani Deeshazy de Zomzedwara edit transsumptum litterarum Johannis Hennyng de Zomzedwara in Selyn 29. X. 1486. da-





tarum, quibus possessionem Dobouecz pro aliis 50 florenis Johanni de Orehowcz dat et impignorat. Orig. [Mayer]

Vide etiam Stipišić-Šamšalović, *Isprave*, 3054.

114. Zagrabiae, 7. V. 1529. (D – XXVIII – 12)

Emericus Bradach de Ladomercz et Johannes de Zempche vicebani ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri Keglyewych de Bwsyn facta apparere, huius possessionem Zelcze apud castrum Blynye sitam ab hominibus Nicolai comitis de Zrinio vastatam esse. Orig. [Juričan]

115. Zagrabiae 7. V. 1529. (D – XXVIII – 15)

Ex inquisitione, quam Johannes Parys de Adamowcz, ab Emerico Bradach de Ladomercz et Johanne de Zempche, vicebanis ac comitatus Zagrabiensis iudicibus iussus ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn 2. V. 1529. fecit, ab Antonio Kwschych de Mecchennycza ac Nicolao Beroewych, castellanis castrorum Zthergalnyk et Dobronyn Nicolai comitis de Zrynyo mandatu furtum et rapinam pecorum, vini aliarumque rerum in possessione petitoris Gorycza in pertinentiis castri Blynye commissam esse apparet. Orig. [Šavor]

116. Zagrabiae, 7. V. 1529. (D – XXVIII – 16)

Ex inquisitione, quam Johannes Parys de Adamowcz ab Emerico Bradach de Ladomercz ac Johanne de Zempche, vicebanis ac comitatus Zagrabiensis iudicibus iussus ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn 2. V. 1529. fecit, ab Antonio Kwschych de Mecchennycza ac Nicolao Beroewych, castellanis castrorum Zthergalnyk et Dobronyn Nicolai comitis de Zrynyo mandatu furtum et repinam pecorum, armorum aliarumque rerum in possessione petitoris Iwssyncz in pertinentiis castri Blynye commissam esse constat. Orig. [Šavor]

117. Rizenttochlo, 15. V. 1529. (D – XXVIII – 17)

Katharina Bothka, vidua Michaelis Imreffhy de Zerdahel, castellani castri Budensis, Vincum litteratum, qui se omnibus provisoratus castri Crapina proventibus rationem dedit, expeditum dicit. Orig. [Šavor]

118. Lyncz, 26. V. 1529. (D – XXVIII – 19)

Ferdinandus rex Stephanum de Bathor palatinum et locumtenentem suum curiam nobilitarem in oppido Edelyn, quam rex Joanni Castellanffy de Zenth Lelek donavit, ei restituere iubet. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 178., str. 166.

119. Chasmae, 10. VI. 1529. (D – XXVIII – 18)

Stephanus de Praschyowcz, episcopi Zagrabiensis in temporalibus vicarius generalis, testificat ex mandato ad rogatum Pauli et Georgii Kerecheny de Kanyafelde metas



possessionis exponentium Kopozowk et praediorum episcopi Somonis Dwbnycza villicatus videlicet Grachyny, s. Catharinae, Zloboda, Montis Garych et Gwrsyncz in provincia Chasmensi 26. V. 1529. denuo reambulatas esse. Orig. [Juričan]

120. Budvicij, 16. VII. 1529. (D – CXLVII – Privil 123)

Ferdinandus rex Nicolaum Rauber, capitaneum Tergesti, prohibet, quomius proven-tus Simonis, episcopi Modrusiensis, retineat. Cop. 1833.

121. Chasmae, 20. VI. 1529. (D – XXVIII – 20)

Thomas Thwrkowych de Wyszoka possessionem Jaxahyda (comitatus Crisiensis) Paulo Kerecheny de Kanyaffewlde 13 florenis Hungaricalibus coram capitulo Chasmensi vendit. Orig. [Juričan]

122. Czwnowcz, 21. VI. 1529. (D – XXVIII – 21)

Paulus litteratus Planynzky de Czwnowcz coram Johanne Gerdak de Fylethyncz, comitatus Crisiensis iudice nobilium, quandam terram arabilem in territorio posses-sionis Czwnowcz Margaretae, viduae Stephani Jurisych de Kapolna eiusque filio Martino 50 denariis Hungaricalibus certis sub condicionibus pigneri dat. Orig. [Šavor]

123. Lincii, 31. VII. 1529. (D – XXVIII – 22)

Ferdinandus rex bano Petro Keglewych de Bwsyn committit, ut episcopum Zagrabi-ensem et complices ejus, qui partes adversarii sequuntur, castiget et fideles regis ju-vet. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 393., str. 372-373; krivo napisana datacija 31. VII. 1530.

124. Zagrabiae, 6. VIII. 1529. (D – XXVIII – 23)

Nicolaus a Turri, supremus capitaneus ad Confinia Croatiae, Johanni Castellanfky de Zenthelek nuntiat, copias ex Stiria, Carniolia et Karinthia brevi affuturas esse et cum advenerint, cerciorem se eum facere velle; regem omnia ad bellum necessaria ordinatorum esse, ut episcopum Zagrabiensem et conjuratos mulctet; quare se ad bellum praeparet.

P. S. Certior fieri vult, quo se episcopus vertat et proficiscatur. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 229., str. 209.

125. Lyncii, 13. VIII. 1529. (D – XXVIII – 24)

Ferdinandus rex Stephano Deshazy, consiliario suo promittit, si ei damna et injuriae a militibus fugitivis illatae erint, ad Nicolaum de Turri, capitaneo regis, accedat, qui ei auxilio futurus sit. Orig. [Juričan]

126. Lyncei, 14. VIII. 1529. (D – XXVIII – 25)

Ferdinandus rex Joanni Castellanfky de Zenthelek damna, quae propter fidelitatem passus est, resarcire promittit, parvam pecuniam per famulum Keglewych mittit,





maiolem summam pollicetur atque ut ad finem perseveret, hortatur. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 230., str. 209-210.

127. Zagrabiae, 15. VIII. 1529. (D – XXVIII – 26)

Nicolaus a Turri, supremus capitaneus ad Confinia Croatiae et Schlawoniae Stephano Deshazy de Zomzedwara licentiam concedit, ut Thomam Ternkowiz et complices, qui ex castris fugitivi Stephanum in itinere aggressi vulnerarunt, ubi locorum invenire et capere poterit, comprehendat et ad manus Johannis Torquati de Corbavia bani vel sibi ut latrones tradat. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 231., str. 210-211.

128. In Monte Grecensi, 18. VIII. 1529. (D – XXVIII – 27)

Christophorus, episcopus Labacensis, et Nicolaus a Turri, supremus capitaneus in confinibus regni Croatiae, a rege infideles nobiles punire iussi, Petrum Keglevicz de Buzin ad se in castra circa arcem Zagrabiensem obsessam invitant. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 232., str. 211; Izdanje: Mon. Zg. dok. 48., str. 53.

129. Budae, 8. XI. 1529. (D – XXVIII – 28)

Joannes rex Andreae Bwdor de Bwdrowcz possessiones Pawlowcz et Gorenyancz Pauli litterati de Mykethyncz confert, qui factioni Ferdinandinae adhaesit, quare eius bona ad regem devoluta sunt. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 238., 214-215.

130. Lyncii, 35 (!) XI. 1529. (D – XXVIII – 29)

Ferdinandus rex magistro Petro de Konzka, de se bene merito possessiones Zelniche Zenth Domonkos (comitatus Varasdiensis), Konzka Zent Domonkos (comitatus Crisiensis), Susseberg (comitatus Zagrabiensis) confert. Copia simpl. [Jurican]

131. Zagrabiae, 21. XII. 1529. (D – XXVIII – 30)

Stephanus Deshazy de Zomzedwara a Johanne Torquato ac Francisco de Batthyan, banis quasdam litteras Petri de Konzka, regni protonotarii, inquisitorias sibique necessarias petit, quibus eundem petitem eiusque familiares a Johanne Pwlyar, levis armaturae capitaneo, in quadam publica via sine ulla culpa oppressos, plagis vulneribusque affectos ac omnibus rebus spoliatos et abductos esse comprobatur. Orig. [Šavor]

132. Lyncei, 29. XII. 1529. (D – XXIX – 1)

Ferdinandus rex cives Zagrabienses vituperat, qui iobagiones episcopi Zagrabiensis aliorumque infidelium cutes et alias merces Johanni et Gaspari Pastori de Zagrabia ad debita persolvenda apportare prohibuerunt. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 254., str. 247.



133. Zagrabiae, 1529. (D – XXVIII – 31)

Capitulum Zagrabienense testificat se litteras Joannis Torquati de Corbavia et Francisci de Batthyán, banorum, apud quos Johannes Bwdachky contra Nicolaum Spissich de Gorycza de occupatione possessionis exponentis Blathnycza (comitatus Zagrabienensis) questus erat, accepisse. Copia legal. [Juričan]

134. Zagrabiae, 1529. (D – IX – 84)

Iudicium nobilium comitatus Zagrabienensis, a Francisco Aychych de Bozetha rogatus inquisitione facta testatur circa festum b. Marci ev. (25. IV.) 1526. nobiles Iwan Spysych et Paulum Wladyskowych, familiares Stephani comitis de Blagay ex huius commissione et mandato vaccam Bensae Krayachych, iobagionis Francisci, in possessione Myrynczy vi abstulisse. Orig. pap. laesum [A. Mayer]

135. Chasmae, 26. I. 1530. (D – XXVIII – 32)

Michael Benkoych de Horzowa Johannis Ernuth de Chakthornya eiusque filiorum nomine a capitulo Chasmensi litteras protestationales Thomae praeposito ceterisque ecclesiae Zagrabienensis canonicis dari petit, quibus illos ab eo admonitos esse testatur, ut in possessionem Thoplycza ad 300 florenos ratione decimarum de territorio inter flumina Drawa et Mwra levandos veniant. Orig. [Šavor]

136. Chasmae, 11. II. 1530. (D – XXVIII – 33)

Michael, lector capituli et locumtenens ecclesie Chasmensis, canonicis capituli Zagrabienensis de litteris per Ambrosium canonicum a se missis et de quibusdam libris Chasmae repertis refert. Orig. [Šavor]

137. Nonae, 20. II. 1530. (D – IX – 85)

Antonius comestabile emit per publicam incantationem unam petiam terrae positae in confinio s. Andrae.

Et scripturae modus et indictio III, quae anni 1530. est – anni 1530. indictio est. XIII., anni 1430. indictio est VIII – abbreviaturam illam “quingentesimo” legendam esse satis clare demonstrant. Adiecta est scheda posterior, quae argumentum lingua Italica continet. Orig. [Mayer]

138. Pragae, 17. III. 1530. (D – CXLVII – Privil 124)

Ferdinandus rex Andream, episcopum Tininiensem, de auxiliis Johanne Caczianer duce in Croatiam mittendis certiore facit. Cop. 1833.

139. Zagrabiae, 15. IV. 1530. (D – XXVIII – 34)

Emericus Bradach de Ladomercz a Johanne Torquato ac Francisco de Batthyán, banis, petit litteras continentes fassiones Petri de Konzka et Johannis Golecz de Zotzka, a quibus Anna Draghy, Laurentii Bradach vidua, admonita est, ut litteras possessiona-





rias Laurentio mortuo apud se conservatas eidem petitori tamquam familiae seniori remitteret, e converso autem idem petitor pecuniam, si quam Annae deberet, eidem assignare obstringeretur. Orig. [Šavor]

140. Pernyae, 24. IV. 1530. (D – XXVIII – 35)

Universitas nobilium regni Croatiae Michaelem Budyssych ad Johannem Catzianer, capitaneum regni, mittit et eum fidedignum legatum dicit. Orig. [Juričan]
Izdanje: AC, dok. 159., str. 234.

141. Vywar, 30. IV. 1530. (D – XXVIII – 36)

Johannes Torquatus, banus, de Turcarum adventu, quorum alter excitus iam Lykam praeteriit, alter vero per Korbauiam iter facit, sed ignorans, quo cursu, certior factus Gaspari Kerstayner, capitaneo regio, id nuntiat eique de amicitia sua ac de animo suo cum omnibus suis gentibus regi succurrere prompto persuadet. Orig. [Šavor]
Izdanje: MH, dok. 321., str. 315-316.

142. Zagrabiae, 1. V. 1530. (D – XXVIII – 37)

Johannes Parys de Adamowcz, Johannes Sampuch de Felsewthoplychycza etc. iudices nobilium comitatus Zagradiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Clarae, vid. Michaelis de Felsewthwbycza, quae Stephanum Deshazy de Zomzedwara uxoremque ejus Annam Bannfy de vi suo jobagioni Antonio Charga in promonthorio exponentis Thomkowskywerh illata accusavit, 26. IV. 1530. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

143. Sthynychnyak, 8. V. 1530. (D – XXVIII – 38)

Universitas regnicolarum Croatiae Johanni Kaczyanar, generali capitaneo Carniolae, nuntiat se ab eo per Michaelem Bwdyssych, quem ad eum miserant, cum Turcis foedus inire vetitos, rursus Sephanusm Gwzych et Petrum Sarchych legatos ad eum misisse, sed eos rebus infectis revertisse, cum Johannes negotiis aliis se excusaverit. Propterea se diutius expectare non posse declarant et de vanis bani pollicitationibus queruntur. Orig. [Mayer]
Izdanje: AC, dok. 161., str. 235-236.

144. Lupoglau, 21. V. 1530. (D – XXVIII – 39)

Petrus Krusythy, Clissii comes, Joannem Koczyaner, capitaneum supremum, rogat, ut pecunias, vietualia, bombardas aliasque res, quibus indigeat, ad castrum Clissium defendendum necessarias sibi saepe promissas mittat. Orig. [Šavor]

145. Jadrae, 23. V. 1530. (DV – II – 63)

Thomas filius quond. Petri Tontich aurifex morbo pestifero infectus coram Antonio de Zandonatis notario publico testamentum facit, in quo commissarios suos constitu-



it, non nulla legata relinquit, presbyterum Petrum de Martinis affinem suum, Mariam uxorem filiosque suos heredes universales instituit. Latine c. Orig. perg. [Marušić]

146. Ozel, 27. V. 1530. (D – XXVIII – 40)

Georgius de Frankapanibus Johanni Katzianer, capitaneo generali, de alienatione et dispersione bonorum pupilli Stephani de Frankapanibus questus eum rogat, ut Johanni Gwzych, officiali pueri, ejus bona recolligere ordinat eumque regi commendat. Orig. [Juričan]

147. Budae, 31. V. 1530. (D – XXVIII – 41)

Joannes rex litteris Budae 31. V. 1530. datis capitulo Chasmensi praecipit, ut Andream Bwdor de Bwdrowcz de se optime meritum in dominium omnium portionum Georgii, Petri de Bogacho filii, quae ei ob infidelitatem et crimen laesae maiestatis ademptae sunt, nemine contradicente, introducat, contradicutores vero, si qui fuerint, in ius evocet. Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 343., str. 334.

148. Wereucze, 31. V. 1530. (D – XXVIII – 42)

Margareta Zekel de Ormosd, Johannis Banffy de Lyndwa uxor, cognito Ludovici Pekry castri sui Wereucze devastandi consilio, Petri Erdödy de Erdewd auxilium implorat. Orig. [Šavor]

149. Monozlo, 2. VI. 1530. (D – XXVIII – 43)

Petrus Erdewd de Monyorokerek queritur litteris ad Stephanum Deshazy datis, quod familiares hujus multa damna etiam contra promissa in possessionibus Petri in Okich et Jaztrebarzka faciunt. Suum hominem mittere paratus est, ut una cum homine Stephani pergat et Johannem Kotzianer roget, et maleficos puniat. Orig. [Juričan]

150. Rasynae, 5. VI. 1530. (D – XXVIII – 45)

Johannes, castellanus Rasynae, nuntiat Lodovico Pekry de Pethrowyna, generali capitaneo regni, Johannem Thahy omnes res et pixides ex Gorbonogh avectas in arce Kamenii collocasse. Rogat, ut sibi aliquid pulveris pro pixidibus mittat. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 351., str. 341-342.

151. In castro Jauerio, 6. VI. 1530. (D – XXVIII – 44)

Paulus Bakytz, supremus huzarorum capitaneus, Stephanum de Graswein et Abbel de Helmingh, capitaneus in Firestenfold adhortatur, ut, cum opus fuerit, regi succurrant neve cum gentibus suis discedant. Orig. c. copia.¹¹ [Šavor]

¹¹ Dva primjerka.



**152. Laybaci, 7. VI. 1530. (D – XXVIII – 46)**

Joannes Cazianer, capitaneus Carniolae, supremus capitaneus Stiriae, Carinthiae et Carniolae, Johannem Castellanffy de Zenthlelek, de rege optime meritum, multa damna perpeccum esse fatetur; rogat eum, ut perservet, se autem paratum esse pecunia, cum eam a rege acceperit, eum juvare. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 355., str. 344-345.

153. Monozlo, 9. VI. 1530. (D – XXVIII – 47)

Petrus Erdewdy de Monyorokerek in epistula ad Stephanum Deshazy de Zomzedwara data queritur, quod Koczianer praeter salveconductum suos homines ad conventum non misit, quare neque se neque episcopum ad eum quemquam missurum esse, quamvis, ut e litteris Turcarum imperatoris et Gritti filii ducis Venetorum constat, Turcae, qui classem et exercitum coegerunt, omnibus Alemanorum sectatoribus interitum minentur. Dissensionem inter Ferdinandum et Johannem regem deplorat, conventum cum Alemanis optat, ut communem hostem, cui neuter solus par sit, repellere possint. Orig. [Mayer]
Izdanje: AC, dok. 175., str. 248-250.

154. Crisii, 11. VI. 1530. (D – XXVIII – 48)

Johannes Gerdak de Fylethyncz, comitatus Crisiensis iudex nobilium, quasdam litteras Ambrosii litterati Glybchych de Isanowcz, quibus actio inter Albertum de Isanowcz et Barbaram, sororem eius, de possessione Isanowcz acta arbitrorum sententia uni-one ad finem perducitur, litteris suis transcribit sigilloque suo appresso comprobat. Orig. [Šavor]

155. Sthynychyak, 22. VI. 1530. (D – XXVIII – 49)

Universitas nobilium et regnicolarum regni Croatiae in dieta in Sthynychyak habita mittit legatum Gasparum Barthakowych, ut de negotiis in dieta disputatis regi nuntiet; Johannem Katzianar, supremum capitaneum Stiriae, Carniolae et Carinthiae, rogat, ut eum sine impedimento redire patiat. Orig. [Juričan]
Izdanje: AC, dok. 177., str. 251.

156. Budae, 26. VI. 1530. (D – XXVIII – 50)

Joannes rex litteris Budae 26. VI. 1530. datis capitulo Chasmensi praecipit, ut Andream Bwdor de Bwdrowcz, de se optime meritum, in dominium possessionis Thybonyncz (comitatus Crisiensis), quae per mortem ac defectum seminis Stephani Waskoych de eadem Thybonyncz ad regem devoluta est, nemine contradicente, introducat, contradictores vero, si qui fuerint, ad ius Crisii evocet. Orig. [Šavor]
Izdanje: MH, dok. 372., str. 357.



157. Budae, 26. VI. 1530. (D – XXVIII – 51)

Ioannes rex litteris Budae 26. VI. 1530. datis in Andream Bwdor de Bwdrowcz, qui nec capite nec rebus suis pro rege parcebat, possessiones Alsoncz et Felsew Chapalowcz (comitatus Crisiensis), quae per mortem Joannis, Stephani de eadem Chapalowcz filii, ad regem devolutae sunt, regia donatione confert. Orig. [Šavor]

158. Budae, 26. VI. 1530. (D – XXVIII – 52)

Ioannes rex Andrae Bwdor de Bwdrowcz, qui multa damna a rebellibus perpessus est, possessionem Thybonyncz, quae per mortem et defectum seminis Stephani Wykoych de Thybonyncz ad regem devoluta est, cum iure regio donat. Orig. [Mayer]

159. Warasdini, 29. VI. 1530. (D – XXVIII – 53 a, b)

a) Universitas nobilium Warasdini congregata ad consiliares regios in Gretz constitutos litteras castellani castri Rahocza mittit, ex quibus Turcis in animo esse incursum in regnum facere constat, ipsosque admonet, ut cum omnibus colonis ad arma aptis in campo Zagradiensi in castra descendant sibi que assistant atque Katzianeri auxilium implorent. b) Stephanus Skhylanowyth et Matheus Hentz de Azupathak, castellani, Ludovicum Pekry, capitaneum generalem, certo nuntio de Turcarum exercitu, qui Wetbozcamyar, Strimbergii bassa duce eum aggressurus est, atque de apparatus Mahumet begi, qui non Budam versus profectus est, sed Zanzakones expectat, certionem faciunt. Orig. [Šavor]

Izdanje: AC, dok. 181., str. 254-255.

160. Zagrabiae, 10. VII. 1530. (D – XXVIII – 54)

Bani, episcopus Thininiensis, capitaneus regius ceterique servitores comitatus Zagradiensis in hac epistula ad Johannem Caczianer, capitaneum principalem Carniolae, data acriter queruntur, quod nunquam ad consulendum ipse venerit, quamquam Turcarum exercitus immineat. Orig. [Mayer]

Izdanje: Mon. Zg., dok. 63., str. 69; Izdanje: AC, dok. 183., str. 256.

161. Therzacji, 9. VIII. 1530. (D – XXVIII – 55)

Margarita, vidua Christophori Frangepani, rogat Johannem Chazyanar, supremum capitaneum Carintiae, Stiriae et Carnioliae, ut sibi familiaris Petrus Michulich auxilio in bonis suis manere possit. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 402., str. 381.

162. Rahowcza, 25. VIII. 1530. (D – XXIX – 2)

Ztepan Skyllyanowych, Ladislai More locumtenens, Lodovico Pekry de Pettrowyna, capitaneo levis armaturae, nuntiat se ad eius iussum statim cum peditibus et equitibus adfore, et de multis dominis queritur, qui Zapolitanam partem secuti bona regis populantur. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 418., str. 394-395.

**163. Budae, 1. IX. 1530. (D – XXVIII – 56)**

Joannes rex Simoni, episcopo Zagrabiensi et bano, litteris Budae 1. IX. 1530. ad petitionem Petri de Bogacho eiusque filii Stephani datis praecipit, ut petitores in dominium possessionis Grawassocz aliter Razynycza (comitatus Crisiensis), quam Ludovicus Pekry praeter legem occupatam tenet, introducat eosque contra quoslibet impetitores tueatur. Orig. [Šavor]

164. Zomzedwara, 5. IX. 1530. (D – XXVIII – 57)

Stephanus Deshazy de Zomzedwara et comes comitatus Comaromiensis, ac Petrus Keglwyth de Busyn rogant Georgium de Rahymbergh, ut perscribat Johanni Kotziar capitaneo, ut ille cum suis copiis auxilium sibi ferre festinet, quod ab utraque parte ab inimicis et hostibus, qui depraedant bona sua, circumventi sunt. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 432., str. 407-408.

165. In castro Pelvkrecz, 29. IX 1530. (D – XXVIII – 58)

Joannes de Thah, prioratus Auranae gubernator, quendam Stephanum Pawlowych cum litteris ad Petrum Keglwyth de Busyn ac Joannem Castellanny de Zenthleelewk mittit, in quibus de possessione Pethrowina Ludovico et Nicolao Pewkry reddenda unio coram arbitris desideratur itemque ii de adventu Bassae Boznensis, quem concordia omnium eorum a devastatione regni retinere poterit, certiores fiunt. Orig. [Šavor]

166. Zentywan, 8. X. 1530. (D – XXVIII – 59)

Lodovicus Pewkry de Petrowyna, capitaneus generalis regni a Petro Keglwyth de Busyn et uxore ejus Barbara de Stresemlye receptis 500 florenis mutuo datis, Petrum et Barbaram expeditos dicit. Orig. [Juričan]

167. Plezo, 30. X. 1530. (D – XXVIII – 60)

Nicolaus Boskowych de Hrasthyan, supanus ac comes Campi Zagrabiensis, testatur litem a Blasio et Martino Pepelych de Plezo Elizabeth Babychan, Pauli Chybachych sutoris uxori de terris arabilibus et fenilibus Zennyk in territorio villae Plezo intentam arbitratorum consensu ad 26. IV. 1530. prorogatam esse hac obligatione interposita, ut, quaecumque pars in hoc termino coram iudicio non compareat extunc omne ius perdat. Orig. [Šavor]

Izdanje: Mon. Tur., dok. 11., str. 9-10.

168. In campo Thwrowo, 6. XI. 1530. (D – XXVIII – 61)

Universitas dominorum ac nobilium Croatiae ex congregatione Georgium Zymych cum hac epistula ad Johannem Koczyanar, capitaneum Laybaci ac totius Carniolae, Stiriae, Carintiae, mittit, ut eius relaturi tanquam ab ore suo fidem adhibeat. Orig. [Mayer]



169. s. 1., 1530. (D – XXVIII – 62)

Epistula cuiusdam plebani ad capitulum Labacensem missa, in qua de duabus Fabiani Robricz vineis a comite restituendis, sed propter imminentem Turcarum invasionem nondum restitutis agitur. Orig. [Šavor]

170. D – CXLVIII – Frg. 7 Zagrabiae, 1521. – 1531.

Capitulum Zagradiense litteris bani Johannis Torquati iussum Stephanum Deeshazy de Deeshaza in possessionem castrorum Zomzedwara et Selyn ac castelli Inferioris Zthwbychae etc. introducit. [autor regesta nepotpisan]

171. D – CXLVIII – Frg 92 Crisii, s. XVI., oko 1530.

Enumerantur litterae, inter eas sententia arbitrorum in causa Andreae et Michaelis Bwdor de possessionibus Georgii Horwath et de dote Veronicae, filiae Dorotheae. Frg. mediae partis or. [autor regesta nepotpisan]

(Nastavak u idućem broju Zbornika)





Regesta of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts.

First Part: Charters from the Period from 1527 to 1530

Regesta Composed by Antun Mayer and Collaborators, Prepared for Publishing by Maja Katušić

The Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts (CASA) preserves one of the fundamental Croatian collections of medieval and early modern charters, the *Diplomata*. The collection was founded at the end of the nineteenth century from charters that were at that time in different collections within the Archive of the Yugoslav Academy of Sciences and Arts, and was later augmented by charters going up to 1859. The *Diplomata* is subdivided into smaller collections of charters ordered by topic or provenience (such as the *Documenta Dalmatico-Veneta*, *Acta Erdödyana*, *Acta fragmentaria*, and so on) and is placed in approximately 300 boxes. Work on inventorying and describing charters from this collection began in 1948 and was performed by Antun Mayer and a number of honorary collaborators. A year later, in 1949, there was the initiative for publishing the *regesta* of these charters. This plan for publishing the *regesta* of these charters started to be implemented in 1959, when Jakov Stipišić and Miljen Šamšalović published the first part of the *regesta* of medieval charters in *Zbornik Historijskog instituta Jugoslavenske akademije*. The same authors in the three following issues of *Zbornik* published the *regesta* of all charters from before 1526. Since the *regesta* of other charters remained only in manuscripts, in order to facilitate their use the Department of Historical Research of the Institute of Historical and Social Research of the CASA in collaboration with the Archive of the CASA initiated the resumption of publishing the *regesta* of the remaining charters. In this issue of *Zbornik* 171 *regesta* referring to the charters from the period of 1527 to 1530 are edited and published.

Key words: Early Modern Age, Croatian history, historical sources, charters, Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts.